



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 73. Annus sacer Romæ a Papa promulgatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

§. LXXIII.

Sæcul. XV.

A.C. 1499.

*Annus sacer Romæ a Papa promulgatus.*

Jam die duodecima Aprilis summus Pontifex annum sæcularem promulgavit, edito hanc in rem primo diplomate, quo ceteras indulgentias suspendit, ac Sacerdotibus magis plenam concessit facultatem absolvendi illos, qui hoc tempore apud ipsos sua peccata expiant. Die vigesima Novembris eodem anno alteram edidit Bullam, in qua omnibus Christi fidelibus, qui Romam venire præpediti essent, eandem omnino indulgentiam etiam non arrepto itinere elargitus est, ea conditione, ut certam pecuniarum summam solverent (\*) hoc usus obtentu,

*Raynald. hoc ann. n. 25.*

(\*) Hæc Continuator quam impie, ac infideliter summo Pontifici obtrudat, ex sola Bullæ lectione elucet, concedimus, inquit Papa, ut si qui Christi fideles pietate commoti pro animabus purgatorii dicto Jubilæi anno, pro reparatione basilicæ S. Petri aliquam elemosynam in capsâ posuerint, ipsa plenissima indulgentia per modum suffragii ipsis animabus in purgatorio, pro quibus dictam elemosynam prærogaverint, pro plenaria pœnarum relaxatio-

na

Sæcul. XV.  
A. C. 1499.

tentu, se sacrum bellum non sine magnis sumptibus gerendum, Turcis inferre decrevisse, hancque in rem cum diversorum Principum Oratoribus conspirasse, necnon Hungaros, Polonos, & Bohemos in Thracia, Gallos & Hispanos in Græcia Turcis arma illaturos, semetipsum quoque cum Rege Angliæ, Venetis, marique potentioribus Italiæ Principibus Constantinopolis urbem expugnaturum, jamque eo consilio ad omnes Principes suos ablegasse Legatos, qui illos adhortarentur, ut compositis privatis eorum diffidiis, ad tam pium opus unitis Christianorum viribus concurrerent.

§. LXXIV.

*ne suffragetur.* Ubi jam legitur, quod Papa jubilæi indulgentiam omnibus Roma absentibus concesserit, ea lege, ut certam pecuniarum summam quasi hujus indulgentiæ pretium solverent. Nempe suppresso suo nomine quædamque nonnulli Scriptores hæreticis placere gestiunt, utque eorum partus avidius excipiantur, ac communius etiam a fidei hostibus deprædicentur, hæreticorum convitiis eos vestire non erubescunt, adulterata etiam historiæ fide.